



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioannis Polanci Societatis Iesv Theologi, Directorium
Breve, Ad Confessarii, Ac Confitentis Mvns Rectè
Obeundum**

Polanco, Juan-Alphonso de

[Köln], 1617

Quomodo pœnitens à confessario iuuetur ad emendationem vitæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41600

DE FINE HVIVS SACRAMENTI.

CAPVT III.

*Triples
fructus
Sacra-
menti
peni-
tentie.*



TRIPLEX huius Sacramenti fructus est. Primus reconciliari Deo per gratiam, qua remittuntur peccata, huic coniungitur pax & consolatio spiritualis. Alter vitæ emendatio in futurum. Tertius augmentum gratiæ & virtutum. Primum (qui huius Sacramenti proprius effectus & finis est) assequitur pœnitens per act^o iam dictos, contritionis, confessionis & satisfactionis, adhibita absolutione, quæ per virtutem sanguinis Christi, ipsorum complet imperfectionem. Ad secundum & tertium disponitur & iuuatur plurimum per confessarij consilia, instructionem, & exhortationem: quæ tamen accommodari debent ad captum confitentis.

*Quomodo iuuetur pœnitens à confessario
ad emendationem vitæ.*

*Quibus
adiue-
tur pœni-
tens ne
peccet.*

AD emendationem ergo vitæ, curet pœnitentem armari contra defectus suos, firma voluntate, & sæpè reno-
uata

nata, non o-
seruendi, &
prauis cogi-
ta oriuntur
seipsum, D
recurrendo
sanctos, &
fixum, & m-
bus videbit
catis illis,
stus) dicen-
culum, au-
rium meu-
in me Deu-
iam memo-
narum, qu-
mortis, e-
certa, & j-
turus est.
cideret st-
pœnam p-
pore con-
peccatur
daret lu-
& euitat
mnibus
Prim-
Deo, c-
ti pro n-

I V I V S
N T I .

I I I .

us Sacramenti
Primus recon-
o per gratiam
untur peccata
ingitur pax &
ter vitæ emen-
s augmentum
um (qui huius
ctus & finis est)
ct° iam dictos,
s & satisfactio-
quæ per virtu-
orum complet-
ndum & tertiū
rimum per cō-
nem, & exhor-
ommodari de-
s.

s à confessorio
vita.

go vitæ, curet
contra defe-
& sæpè reno-
uata

nata, non offendendi Deum, ac ei verè
seruiendi, & promptitudine occurrendi
prauis cogitationibus, vnde reliqua ma-
la oriuntur; quod fiet, reprehendendo
seipsum, Deum præsentem recordando,
recurrendo ad Angelum custodem, ad
sanctos, & præcipuè ad Christum cruci-
fixum, & matrem circa crucem (in qui-
bus videbit, quàm teneatur resistere pec-
catis illis, quæ sic in seipso punit Chri-
stus) dicendo aliquem opportunum versu-
culum, aut verbum: vt Deus in adiuto-
rium meum intende, Cor mundum crea
in me Deus, Iesus, Maria, &c Iuuat et-
iam memoria beneficiorum Dei, & pœ-
narum, quibus, peccator sit obnoxius, &
mortis, cuius aduentus hora tam est in-
certa, & iudicij Dei, qui testis & pars fu-
turus est. Iuuat si peccatum aliquod ac-
cideret statim pœnitere, & aliquam sibi
pœnam propter id infligere, & suo tem-
pore confiteri proponere: alioqui vnum
peccatum, suo pondere in aliud pessun-
daret Iuuat eleemosyna, bona societas,
& euitatio praua. Tria præcipuè ferè o-

mnibus possent salubriter proponi.
Primum est, manè se totos offerre
Deo, cum memoria Iesu Christi obla-
ti pro nobis in cruce, petendo gratiam,

Tria pœ-
nitenti
propo-
nenda.

B 6

ne

in eo die nos labi finat, præcipuè in ea peccata, ad quæ sumus procliuiores, dicendo Pater, & Aue, & Credo, &c

Secundum est, aliquantum temporis quietè se colligendo (quod noctu ante somnum opportunè fieri solet) examinare seipsum quotidie considerando beneficia accepta à Deo, & mala reddita: petendo veniam, & proponendo emendationem, dicendo etiam Pater & Aue, & Credo, Salue, & (si placet) Psalmum. Qui habitat.

Tertium, crebrò confiteri sacramentaliter, quod multorum remediorum instar, alia pleraque complectitur. Ex his quæ proponi debeant pœnitenti, discretio Confessarij dictabit. Quædam autem quæ videntur magis oportuna, magis inculcanda sunt, vt in memoria retineantur. Et si promptitudo voluntatis ad consilium capiendum in aliquo cerneretur, sed obliuio timeretur, dici posset, vt scriberet, vel rediret tempore magis vacuo, vt id dictatum acciperet.

Simplicioribus, pauca & faciliora ad intelligendum, retinendum, & exercendum proponantur. Vt manè, ter dicere Pater & Aue, contra malas cogitationes, verba & opera, & semel Symbolum
Aposto-

*Quæ pro-
ponenda
simpli-
cioribus,*

Apostolorum
hendendi
Noctu to
do de be
custodia
monendi
malis cog
confitear

Quia
multa vn
radices,
uet eas
ueat pro
bus infr
ad confi
fectibus
ginem) p
examen
eum app
magno
ercenda

Con
Cancell
doctore
ad temp
Primum
le pecca
ieiunare
Secund

Apostolorum: quod si nesciunt, reprehendendi sunt, & exhortandi, vt discant. Noctu toridem aut plura, gratias agendo de beneficijs, & petendo veniam & custodiam, proposita emendatione. Et monendi sunt, ne in corde consentiant malis cogitationibus, & etiam vt crebrò confiteantur.

Quia tamen ferè accidit, vt peccata *Peccata* multa vnâ, vel certè paucas habeant *torum* radices, diligenter ex effectibus obser- *radices* uet eas confessarius & securim admo- *rescin-* ueat propriorum remediorum (de qui- *denda.* bus infra) excitet maximè pœnitentem ad confictum cum vno vel duobus defectibus (ex quibus ferè alij ducunt originem) per renouationem propositi & examen particulare quotidianum ad eum applicatum, & alia remedia, quæ magno & perseueranti animo sunt exercenda.

Contra reciduum, narrat Gerson *Reme* Cancellarius, hoc remedio vsus fuisse *dia con-* doctorem quendam, vt scilicet, quinque *tra reci-* ad tempus iniungeret habito consensu. *diuum.* Primum, vt quodocunq; accideret ta- *Pri:* le peccatum, ille cui accidit, teneretur ieiunare die sequenti in pane & aqua. *Secun-* Secundum, vt certum numerum *Psal. Secun-* morum *dum,*

Tertiū. morum diceret Tertium, vt aliquid sibi charum, vel certè pecuniam daret, *Quartiū.* iuxta facultatem. Quartum, vt teneretur intra triduum post peccatum confiteri: Imminentis enim huius pœnitentiæ timor, fragilem voluntatem iuuare posset, & à peccato retardare. Quintum erat, & licet succumbens tentationi, cõfentiret peccato, aliquas orationes tamen prius diceret genibus flexis, si fortè miseretur Deus. Hæc autem remedia non tantum vt vtilia proponat Confessarius: sed nitatur pœnitentibus persuadere; cogere enim nec potest, nec expedit. Ille idem Doctor in grauib; primò in lapsu, tolerabilem iniungebat pœnitentiam: sed in memoriam habitæ gratiæ, aliquid leue, ut Pater, & Aue, vel aliquid simile, quod quotidie diceret, iniungebat, ita vt posset reficere quouis die, quæ alio omisisset.

Contra recidi- uum peccati grauioris. A pueris etiam exigebat promissionem, non tamen iuramentum nec votum, vt cauerent à quibusdam, prohibens seridè ne aliis fierent prima occasio peccati, & ne transirent in speciem grauiorem, & suadens ne fugerent bonos confessarios piam conuersationem, & lectionem, &c.

Quomo-

Quomod

TERTIUM ac si virtutum rursus insti-

Prima pta tuen- ratem, in- lenti acc- quæ cha- commen- bendo b- memori- actione-

Secun- capacia- dam cor- nis, qu- ipsam su- ptent, Dei ho- siderij v- riabilis- mnibus- dispon- semper- mnind- propri-